



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. II. De Dotibus positivis Admittendorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

mandæ promotio ad Sacrum Ordinem ^x Con. 5. D. 18.
sufficiat. ^x Si quid tamen hoc in genere ^y Con. 11. D.
contra fieret, non invalida esset Admissio. ^y ^z 6.

6. Igitur qui Examinatoris officio fun-
gitur, ubi nullum ex substantialibus Im-
pedimentis adesse cognoverit, pergit in-
terrogando; An decreverit sæculum relin-
quere, quibus de causis, & quando pri-
mùm hæc ei desideria in mentem venerint?
An à quoquam, præsertim à Nostris,
primùm ad id motus fuerit? Num delibe-
ratum habeat animo propositum vivendi,
& moriendi in Domino in hac Societate? ^z
Postea Examinator interroget super præ-
dictis secundariis Impedimentis, juxta re-
gulas sui officii, & Exam. gen. c. 3. videndæ
etiam Reg. Prov. de Admittendis. pag. 39.

*Ad horum ex-
amen quomodo
progrediendum
est.*

^z Ex. c. 3. §.
13. 14. & Reg.
Exam. 8. &c.

C A P U T II.

De Dotibus positivis Admitten-
dorum.

IN universum loquendo, quò plu-
ribus Dei donis naturalibus, & in-
fusis prædicti ad promovendum jux-
ta Societatis institutum, divinum
servitium, & quò certioribus experimentis
perspecti fuerint: eò magis idonei erunt,
ut in eam admittantur. ^x Contra non ex-

*Magis apti, qui
magis insignes,
& noti.*

^x P. I. C. 1. §. 1.

*b P. I. c. 2. §.
4 & c. 3. §. 16.*

*c P. I. c. 1. §.
4. & C.*

pedit admittere inutiles Congregationi, licet
ipsis met non inutile foret admitti. *b* Con-
venit igitur coöperari vocationi divinæ, ut
augeatur in Societate numerus Operario-
rum in vinea Christi Domini nostri: sed
etiam considerari oportet, ne quis admit-
tatur, nisi qui donis illis Dei prædictus sit,
quæ hoc Institutum exigit. *c*

S E C T I O I.

De Scholasticis.

*Quid deside-
randum in Scho-
lasticis, quoad
animum.*

*d Ex. c. 5. & P
I. c. 2.*

*e P. I. c. 2. §. 8.
Quid in iisdem
quoad corpus &
bona externa.*

1. **A**T qui ad juvandam Societatem in
rebus spiritualibus in Societatem
admittuntur, quoad animum attinet, pol-
leant doctrina sana, vel aptitudine ad eam
addiscendam, & in rebus agendis discre-
tione, vel certè indole boni judicii, &
memoria. *d* Sint præterea universæ virtu-
tis & perfectionis spiritualis studiosi, qui-
eti, constantes, strenui in rebus divini ser-
vitii, & zelo animarum incitati ad no-
strum Institutum amplectendum. *e*

2. Quoad corpus pertinet: specie ho-
nesta, bona valetudine, ac viribus, qui-
bus ferre possint nostri Instituti labores.
Exoptanda etiam in eis sermonis gratia,
ad agendum cum proximis pernecessaria.
Ætas, ut proximo capite dictum est, de-
bet

bet excedere 15. annum , nec superare 50.
Nam qui aut illum non expleverint , aut
hunc excesserint , à Provinciali recipi non
possunt .^f

Dona externa nobilitatis , divitiarum ,
bonæ famæ , & similia , ut non satis sunt ,
sidesint alia ; ita cùm alia suppetent , hæc
non erunt necessaria ; quatenus tamen ad
ædificationem faciunt , reddunt magis
idoneos , ut admittantur .^g

f P . I . C . 2 . § . 9 .
10 . 11 . 12 . &
Reg . Prov . 36 .

g P . I . C . 2 . § . 13 .

S E C T I O I I .

De Coadjutoribus Temporalibus.

1. **U**T particulatim verò de iis loqua- *Non multi , nec*
mur , qui in Coadjutores Tem- *ex conditione*
poralès admittuntur ; in primis non debent *qualibet .*
esse plures , quam qui necessarii sint ad
sublevandam Societatem in iis rebus , in
quibus occupari Sacerdotes & Scholastici
non possunt sine detimento majoris boni .
b Ex . c . 6 . § . 1 .

& P . I . C . 2 . § .
2 . & A & Reg .
Prov . 39 .

minor etiam erga rudes .ⁱ

2. Cæterum quod spectat ad Animum ,
debent esse quieti , tractabiles , bonæ con-
scientiæ , propensi ad devotionem & vir-
tutem , forte Marthæ contenti , bene-
affecti

i Instr . 6 . § . 4 .
Quoad ani-
mum .

24 *Pars Prima.*

affecti erga Institutum , & futuri ædificationi Domesticis & Externis. Qui non quieturus in externis ministeriis cognosceretur , non esset admittendus in Coadjutorem Temporalem , nisi aptus ad progressum in literis deprehenderetur .

I Ex. c. 6. §. 7.
& P. 1. c. 2. §.
2. & B.

Quoad corpus.

m P. 1. c. 2.
§. 3.

3 Quod ad corpus attinet , sint honesta specie , sanitate , viribus , & ætate , quibus labores sui munericus sifferre queant ; & qui vel habeant , vel habituri sperentur talentum ad Societatem juvandam . m

S E C T I O III.

De Indifferentibus.

Quinam dicantur indifferentes.

n Ex. c. 1. §. 8.
9. 10. &c c. 8.

s Ex. c. 1. §. 11
& c. 5. §. 8. &
c. 8. §. 1.

Quomodo exanimandi.

1. **C**Um tres sint notissimæ classes hominum Societatis , Professorum nempe , Coadjutorum , Scholasticorum ; ad quorum aliquam plerumque Novitii destinantur ; n posset contingere , ut aliquorum Societati se adjungere volentium non satis perspectæ essent dotes. Inde factum est , ut quarta classis admittendorum statueretur , qui indifferentes dicantur ; eò quod nondum Societas decreverit , ad quem ex dictis gradibus eorum talentum sit magis accommodatum .

2. Quare qui examinabitur , ut Indifferens , admonendus erit , quod nullo

tem-

tempore , neque ulla ratione debet prætendere potius hunc , quām illum Grandum ; interrogandusque an ad hujusmodi indifferentiam sit paratus. *p* Non prohibentur tamen iidem , post orationem , simpliciter Superiori proponere , quod ad Dei Gloriam fore judicaverint. *q* Præterea examinandi de reliquis , prout magis convenire videbitur. ,

p Ex . c . 1 . § . 11 .
& c . 8 . § . 1 . 2 .

q Ex . c . 8 . A .

r Ex . c . 8 . § . 3 .

3. Rarò tamen aliqui , ut Indifferentes , admittendi , & ex iis , qui sic admissi sunt , ultra tempus biennii probationis nemo detinendus in hoc Indifferentium gradu , sed eo expleto determinetur ad aliquem aliorum. *s*

Pauci sint , nec detineantur ultra biennium.

s Reg . Prov .

67 . & C . 4 .

D . 52 .

C A P U T III .

De Potestate admittendi in Societatem.

S E C T I O I .

*Vnde fluxerit potestas admittendi
in Societatem.*

4.  U E M A D M O D U M Societatis Fundatio , quod reliquis etiam Religiosis Ordinibus commune est , pendet à Summo Pontifice : ita ab eodem , unà cum prima

*Prima Confir-
matio Societatis
& Facultas ad-
mittendi , sed
limitema.*